M0007164: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/yz5assam

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

igne calefactione temperata mensura quam
tollerat digitus qui intromittitur in ipsum. deinde
inde cauteriza ipsum in medio capitis eius
cauterio olivari et dimitte ipsum donec infrigide
tur. fac illud cum infirmo cum ebdomada se
mel cum reliqua regimine eius bono con
sanetur. Aut si vis cautheriza ipsum facien
do puncta puncta plurima eius praeter quod teneas
manum cum cauterio. immo sit odorando hec
enim species cauterij huiectat cerebrum cum eius siccitate. deinde pone super ipsum coctum in bibitum
cum butyro aut adipe galline.

De cauterio aque descendentis ad ocu
los. Quando declaratur tibi principium
principium aque in oculo per signa que dixi
in divisione, tunc incipe et pota infirmum eo quod
mundificet caput eius. et custodi ipsum ab omni
bus humiditatibus. et fac eum sudare in balneo
in ieiunio diebus aliquot. deinde precipe ei
ut radat caput suum. et cautheriza ipsum cau
terio in medio capitis. deinde cautheriza ipsum
duobus cauteriis super duo tempora si est incee
ptio descensus aque duobus oculis simul.
Aut ex latere uno si est inceptio aque in oculo
uno. et abscide cum cauterio omnes venas et ar
terias que sunt sub cute. et sit cauteria in ea
longa in latitudine temporum. Et caue
cum sapientia que est in extractione arteria
rum a sectione earum. et cautela a fluxu san
guinis. Et quando corpus cautheriza ipsum in cervi
ce sub duobus ossibus duobus cauteriis ulti
me profundis.

De cauterio lacrimarum an
tiquarum. Quando de cauterio lacrimarum an
tiquarum fit antiquum ... que assidue et sunt per venas et arterias
que sunt in manifesto corporis et cutis et veri
ficatur quod illud est ex superfluitatibus frigidis fle
ugmatis. tunc cautheriza ipsum cum cauterio quod
narravi eccle in inceptione aque descendentis
cautio in medio capitis. et duobus cauteriis
super duo tempora et duobus cauteriis in
cervice sub duobus ossibus. et si indiget additione. tunc cautheriza ipsum in ore lateris cau
terio cum super extremitatem supercilii cum cauterio
parvo. hec modo ubi gratia. De cauterio fe
toris nasi. Quando cum medicaris il
lum cum eo quod diximus in divisione
et non confert medicatio. tunc preperam et da in
potum infirmo cochias tribus noctibus. deinde
rade caput eius. et cautheriza ipsum caute
rio in medio. cum cauterio olivari. deinde
cautheriza ipsum cum cauterio clavili duobus ca
uteriis supra duo supercilia sub capillis
parum. et custodi te ab arteria ne incidas ei